

illius pro qualitate delicti iuxta iuris formam sententia iudicij banniti intercedente, ad poenas delinquentium procedet. Si vero talia crimina incidere, quae ad nos referri oporteat, item Thesaurarius noster, vel in absentia dictus delegatus sine locum tenens ipsius probationibus et defensionibus partium diligenter examinatis, omnibusque fideliter propter nostram informationem coniectis et subsignatis de statu totius causae Nos primo quoque tempore certiores faciat; causa illa criminali ad informationem nostram in eodem rigore suscipienda. Hoc nostro decreto mediante. In cuius rei fidem etc. Datum Lublini in conventu Regni generali feria sexta ante Dominicam Conducitur Pascha proxima, Anno millesimo quingentesimo sexagesimo nono.

Relatio Magni Valentini Dembiewski  
R. P. Cancell.

Quis modus in Appellationibus servandus,  
item de Notariis, quibus admittuntur po-  
testas examinandi testes.

In nomine Domini Amen, sempiterna esto ei quod infra scriptum est memoria,  
Tanta est omnino iustitia vis, ut in ea propemodum sola tota Republica  
bene administranda ratio posita esse videatur, quae quum in iudiciis maxi-  
me spectatur, necessarium est certam iudiciorum rationem institui et ob-  
servari. Quapropter nos Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Polo-  
nia etc. Quum videamus licentiosa a iudicio ad iudicium appellantium  
temeritate legitimum iudicandi progressum impediri id fieri non solum  
cum quadam legitima iudicium auctoritatis imminutione, verum etiam non  
sine magna litigantium rei familiaris iactura, certum quendam modum  
quem appellantes perpetuis deinceps temporibus in civitate nostra Gedanensi  
secuturi essent praescribendum et statuendum esse putavimus, praescribimus  
et statuimus literis hinc nostris, ut qui a iudicio bannito ad magistratum  
civitatis videlicet ad Proconsulem et Consulem appellare volent, is mox post sen-  
tentiam latam

tentiam latam, coram ordinario iudicio verbo appellet: Pra appellatio si erit ad-  
missa, nihil aliud appellantis agendum restabit, quam ut observatis iis quae antequam  
in iudicio appellanter adhuc usque servaverunt, et servant acta causa (quae nemini de-  
beant denegari) a iudicio sibi tradi petat et ibi apud eos iudices ad quos ap-  
pellavit ius suum legitime prosecutur. Sin rejecta erit appellatio, habeatur  
Notarius publicus et testes, coram quibus verbo appellet. Habebit autem tunc ap-  
pellans decem dierum spacium ad conficiendum appellationis instrumentum ab  
intra hoc ipsum tempus ille idem Notarius publicus una cum parte appellan-  
te iudicio bannito ablato instrumento appellationem denunciare debet. Iudicium  
autem responsi sive Apostolorum loco, causam reddet, quae adductum appellatio-  
nem admittendam esse non putaverit, et acta simul tradet. Quia etiam a  
Proconsulibus et Consulibus Civitatis ad iudicium nostrum Regium appellaturus  
sit, eandem rationem modo praescriptam in appellando servabit: sed et iudi-  
cium Proconsulum et Consulium, eundem modum quem iudicia bannito servan-  
dum praescripsimus in admittenda vel repicienda appellatione tenebit. Illo h. ad-  
dito cum rationem non admittenda appellationis apostolorum loco appellantis in a-  
ctis causa scriptam tradiderit etiam diem praedictam, ad quem partibus pro-  
sequenda appellationis causa, ad nos sit veniendum alias omnes appellationes  
alio modo interpositas tollimus, abrogamus et nullius ponderis esse volumus.  
Notariis etiam, qui publici dicuntur, examinandorum testium omnem in posterum  
tempus adimimus potestatem eamque iudicium ordinariorum propriam esse vo-  
lumus. In quorum fidem litera haec sigillo nostro communita sunt. Datis  
Cracoviae postridie assumptionis Mariae Anno Domini millesimo quingentesimo  
quingentesimo tertio: Regni vero nostri anno vigesimo quarto Praesentibus  
Re et Regis in Christo Patribus Dns Nicolaus Dzurgowsky Archiepiscopo Gnesno  
Legato nato et Regni Principe, Andrea Febizydowsky Cracovien?, Joanne Dr-  
lewsky Cujavien?, Andrea Carnikowsky Posnavian?, Stanislas Hoslowannien?,  
Jacobo Vehansky Chelmen?, Episcopis nec non Magnificis, Venerabilibus et Gene-  
ralibus Joanne Comite in Tarnow Castellano cracovien? et exercituum Regni no-  
stri Supremo ac Slicen? Limbaczen? Capitaneo, Petro Kmitya comite in  
Wisnica Palatino cracovien?, Supremo Regni nostri Marscalco ac Cracovien?  
Lizemistien?, Scopusien?, Coleng? Capitaneo, Martino Zborowsky Calisidien? et  
Dobizien? Scidloviens? Odaboviens? Capitaneo, Janusio de Koscieloz Si-  
radien? et majoris Poloniae Capitaneo generali, Joanne de Koscieloz Lanci-  
en? et Bizefen? Cowaleniens? Capitaneo, Andrea de Koscieloz Inowla-  
dislarjen? et Bidgostien? Mahleng? Capitaneo: Felice Steinsky Plocen?  
et Mariaburgens? Wisnen? Lomsen? Capitaneo: Joanne Dzurgowsky  
Majovia.

Masovia et War. Dovia Nureng Capitaneo, Andrea de Guleeno Rarenj Achario  
Coma Manabirgeni et Strimeni Nureng Capitaneo Joanne Dzialinsky Pomeran?  
et Capitaneo Bratianen. Palatinis

Sigismundus Augustus.  
Rex Poloniae

### Interdictum Usurarium.

Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae, Rus-  
siae Prussiae Masovia Samogitiae Domini et haeres.

Universis et singulis Prelatis, Episcopis, Palatinis, Castellanis, Abbatibus, Capitaneis,  
Tenentariis, Vice Capitaneis, Nobilibus Civitatum Rectoribus, Burgravis, Proconsulibus  
et Consulibus, Advocatis, Sabinis, Dignitariis et officialibus ceterisque omnibus praesentibus  
et futuris requirendis Terrarum nostrarum Prussiae sinceris, devotis et fidelibus nobis  
dilectis gratiam nostram regiam sinceram devotè et fideliter dilecti.

Postquam in terris nostris Prussiae contractus usurarii in immensum excreverint  
et adhuc quotidie crescunt, adeo ut maxima Nobilium et Plebeiorum pars singulare  
commercium inde habeat, dum coadit undique hospitalium, viduarum et pu-  
pillorum pecuniis in magnis et parvis summis, pro mediocri interesse nimirum sex  
septem vel octo de centum, postmodum conflatur illarum summam vicisim alijs subdi-  
tis nostris extrema forte necessitate praesidis, vel etiam exteris Principibus et ho-  
minibus sub gravioribus usuris, nimirum duodecim, quindecim, viginti, viginti  
quatuor, triginta, triginta sex imo etiam quadraginta de centum elocant, et  
sic ultra tres centesimas excurrunt, inauditum et detestandum foenus agunt, cuius  
simile in nullis legitur historijs. Unde praeter iram Dei omnipotentis, quae ab eis,  
modi impiis usurarijs, terris nostris Prussiae acceleratur, haec etiam mala et incom-  
moda exasciunt, quod terrae nostrae dum Usurarij illi quam maximè inhiant  
usuris, exteris principibus et hominibus conquisitis illarum undique pecuniarum sum-  
mas foras elocant plane exinaniantur, ita ut si terris nostris, quod Deus clemens  
advertat periculi et adversi quidquam immineret, non parum iste pecuniarum  
defectus insatiabili huiusmodi impiorum foeneratorum avaritia causatus, illis in-  
commodare.